nem. Nam si ex lege hæreditas: iam non ex promissione.

Abrahæ aũt per repromissionẽ donauit deus. Quid igit

lex? Propter trasgressiones posita est: donec ueniret semẽ

cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris.

Mediator aũt unius nõ est: deus aũt unus est. Lex ergo

aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset

viuificare: uere ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura

omnia sub peccato: ut promissio ex fide iesu christi daretur

tur credentibus. Prius aũt q̃ ueniret fides: sub lege custo

diebamur: reclusi in eã fidem quæ reuelanda erat. Itaq;

lex pedagogus noster fuit in christo: ut ex fide iustifice/

mur. At ubi uenit fides: iam non sumus sub pedagogo.

Omnes enim filii dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu.

Quicunq; enim in christo iesu baptizati estis: christũ in

duistis. Nõ est iudæus neq; græcus: nõ est seruus neq; li

ber: nõ est masculus neq; fœmina. Omnes enim uos unum

estis in christo iesu. Si aũt uos christi: ergo semẽ Abrahæ

estis secundũ promissionem heredes.

CAPITVLVM QVARTVM.

C. S. Ostendit apostolus cessationem legalium per duas similitudines interpositas Galatharum ingratitudine.

Ico aũt: Quanto tempore hæres paruulus est:

nihil differt a seruo: cum sit dñs omnium: sed

sub tutoribus & actoribus est usq; ad præfinitũ

tempus a patre. Ita & nos cum essemus paruuli: sub ele/

mentis mũdi eramus seruientes: At ubi uenit plenitudo

Bibliothek des
Melanchthonhauses
Bretten
St.O.Nr. LL 152
Inv.Nr. 3611

Abhandlungen
der Heidelberger Akademie der Wissenschaften
Stiftung Heinrich Lanz
Philosophisch-historische Klasse
5. Abhandlung

Luthers Vorlesung über den Galaterbrief 1516/17

Zum ersten Male herausgegeben
von
Hans von Schubert

Eingegangen am 14. Mai 1918

Mit 40 Lichtdrucktafeln

Heidelberg 1918
Carl Winters Universitätsbuchhandlung

Verlags-Nr. 1442



bis, sed etiam ab ipso evangelio scripto aut cogitato per hoc, quod dicit «auditu fidei». Sic Isaie 53: Domine, «quis credidit auditui nostro». Non enim credi potest organo aut actui audiendi, sed verbo. Ideo sonus est: 'Quis credidit audibili seu sono nostro, quod nos audiri facimus', secundum illud ps. 18: «In omnem terram exivit sonus eorum». Sic Abac. 3: «Domine, audivi auditionem tuam et timui» i. e. verbum tuum seu audibile tuum.

Cum spiritu ceperitis etc. etc. 3,3

Hic manifestissime patet, quod caro non est tantum sensualis homo seu sensualitas cum suis concupiscentiis etc., sed omnino quicquid est extra gratiam hominis. Nam certum est, quod Galatas ideo dicit carne consummari, non quia luxurias vel crapulas sectarentur, sed quia opera et iustitiam legis querebant. Igitur omnis iustitia et sapientia extra gratiam caro et carnalis est, ut Heb. 9: «in variis baptismatibus et iustitiis carnis». Sic et Ge. 8: «Non permanebit spiritus meus in homine in eternum», non ait: 'quia carnem habet', sed «quia caro est». Quidam sane intentissime Paulum trutinantes triplicem hominem videri in ipso dicunt scil. animalem, carnalem, spiritualem. Distinctio optime placet, sed videtur apostolus Paulus carnalem et animalem confuse nominare, nunc veterem, exteriorem, terrenum etc., ut 1. Corinthios 2: «Animalis homo non percipit ea, que dei sunt», sed contra 1. Corin. 15: «Seminatur corpus animale et resurgit spirituale». Item infra 5.: «Carnis opera sunt» etc., ubi carnalis in malum, sed contra 1. Corin. 3 vocat eos «carnales», cum essent fideles. Igitur animalis homo est ipse sensualis homo, tamquam addictus, quia sicut bestia 5 sensibus agitur. Carnalis autem est homo rationalis seu secundum animam, nam et in scripturis duplici vocabulo, uno propter corpus et animalitatem, quod est Adam i. e. terra vocatur, alio propter animam, quod est ψυχς i. e. miser seu afflictus, ut ps. 8: «Quid est ψυχς, quod memor es eius, aut filius Adam, quia visitas eum» Spiritualis homo est ipse absconditus nobis, novus et interior, imago et gloria dei et vir apud apostolum vocatus. Hic est, qui soli proprie deo vacat potiusque passivus quam activus, cum nihil aliud faciat, quam quod deum in se recipiat, cuius vita est in fide, spe et caritate, totus scil. pendens ex invisibilibus. Hos tres homines beatus Augustinus (l.) 12 de trinitate dicit figuratos in paradiso per serpentem, per Evam, per Adam, ut sit Adam spiritualis, Eva carnalis, serpens animalis reparans ibidem eos, qui Evam sunt interpretati sensualem seu animalem. Hinc theologi vocant spiritualem superiorem portionem rationis, inferiorem carnalem portionem rationis, animalem autem sensualitatem. Item figurati etiam sunt per tabernaculum Moisi. Atrium enim, quod erat 5 cubitorum altitudinis et corporali sole illustre, sensualem seu

2 auditui 5 *Zuerst* Da: (*Daniel?*), *darüber* abacos, *vgl. ob. S. 14?* 10 consumari 11 *Erst* operam 13 *Ge. 8, vorher andere mehrfach korrigierte Zahl* homine in *zusammengezogen* 15 *Über dem* v von videri *Wortansatz* (*so oder* sibi?) 17 preceptt 21 ut dictus 22 ratiotolonalis 24 memores 28 invisilibilibus 29 vigulatos paradillo 31 reperans, *viell. verhört für* vituperans? *Vor* Evam *erst falsch angesetzt, gestrichen, nach* Evam sunt *korrigiert, hinter* animalem *noch einmal* sunt 34 *Atreum*

2 *Jos. 53, 1* 4 *Ps. 18, 5* 5 *Habakuk 3, 2* 8 *WA 588zzff.* 9 *ff. WA 509zz—510z* 12 *Hebr. 9, 10* 13 *Gen. 6, 3* 14 *Hier. nach Origenes: Mi 26, 411f. WA 510zff. 585zff.* 17 *1. Cor. 2, 14* 18 *1. Cor. 15, 44* (surget corpus spirituale) 19 *Gal. 5, 19* 20 *1. Cor. 3, 3* 23 *Hier. Mi 26, 361C* אדמה 24 *ψυχς für* נפש, *früher abgeleitet von* נפש, *krank, hinfällig sein, Ps. 8, 5* (quoniam visitas eum) 29 *Augustin, de trinit. XII, 12 f. (17—21), Mi 42, 1007 ff.*

animalem significat 5 scil. sensibus et visibili luce potientem; sanctum autem non sole, sed candelabro illuminatum significat carnalem seu rationalem aliis luminibus scil. scientiis et artibus illuminatum; sanctum sanctorum autem prorsus in tenebris et sine lumine, ubi arca et propitiatorium, spiritualem hominem significat in tenebris interioribus i. e. in fide habentem deum.

Quicumque enim ex operibus etc. 3,10

Mira sententia, que et beato Jeronimo magnam facit difficultatem, ut maledicantur, qui operantur opera legis. Numquid ergo benedicti sunt, qui non operantur, ac sic facienda mala, ut veniant bona? Sed sciendum, ut sepe dictum est, quod sine gratia lex non potest impleri, etiamsi fiant opera legis, cuius ratio est: quia talia opera necessario fiunt vel timore damni vel amore commodi et nullo modo amore dei. Si ergo timore damni fiunt, patet, quod fiunt sine voluntate, immo contraria et aversante voluntate, quo stante necessario peccat, qui operatur, quoniam intus contra legem operatur voluntate renitente et foris secundum legem operatur manu coacta. Nam et philosophi docent bonum virtutis ex voluntaria electione procedere oportere. Et Horatius: «Oderunt peccare mali formidine pene, Oderunt peccare boni virtutis amore». Immo nec 'virtutis amore' sufficit, quia virtus creatura est, sed requiritur 'amore divine voluntatis'. Si autem fiunt amore commodi, iam penus peccatum, quia diligitur commodum plus quam deus, cum soli deo debeatur timor, magis autem et amor. Ideo impossibile est non peccare eos, qui bona extra gratiam faciunt. Nam opera legis sunt bona et tamen sub maledicto sunt, qui operantur. Inde et beatus Jeronimus hoc loco dicit: «Omnis virtus sine Christo in vitio est». Igitur ista peccata spiritualia i. e. hypocrisis in bonis operibus legis per psalterium vocantur vanitas, mendacium, ut ps. 4: «Filii hominis» etc. Item dolus ps. 31: «Nec est in spiritu». Item iniquitas, iniustitia, «labor et dolor» etc. Ipsi vero peccatores impii, iniqui, dolosi, iniusti etc. Unde Miche 7: «Malum manuum suarum dicunt bonum», Isaie 5: «Ve qui dicitis malum bonum et bonum malum» et eiusdem 10: «Peccatum suum non absconderunt, sed sicut Zodama predicaverunt» i. e. iniustitiam suam. Qui ergo psalmos legens hec aliter intellexerit vocabula, de spiritu nihil intellexerit. Econtra veritas, iustitia, equitas, rectitudo vocatur ipsa gratia, fides seu ¶ spiritus, que est arbor bona et ipsa iusti, recti, veri.

Aliqui distinguunt aliud esse contra legem et aliud contra intentionem legis, quia qui contra legem agit, peccat, qui vero contra intentionem legis, non peccat, sed deficit tantummodo. Hec sunt commenta humana a sacris litteris longissime removenda. Probant autem sic: 'Si tenerentur homines ad intentionem legis, sequeretur, quod episcopus extra gratiam sine intermissione peccaret non occidendo, non mechando, non furando etc.' O acutissimum argumentum! Respondetur autem: 'Nunquam peccat episcopus

2 *Erst* candalabro 3 illuminati 6 *Neue Stunde* 8 qua operantur benedicti *fälschlich in* maledicti *korrigiert* 10 implere necessorio timori amori 21 *Bei dem Zitat Nota am Rande* 23 palaterium 24 nec exibit (!) et *doppelt* 26 *Erst* Isaie 4 *geschrieben* 33 *Erst* probant ergo, autem *darübergeschrieben, ohne* ergo *zu streichen*

7 *Mi 26, 358* 8 *WA 513zzff.* 15 *Horaz, Ep. I, 16 etc., wo die Verse lauten:* Oderunt — amore — Tu nihil admittes in te formidine poenae; *über die obige mittelalterliche Version s. Aug. v. Keller-Holder z. d. St.* 21 *Mi 26, 359 B* 23 *Ps. 4, 3* (hominum) 24 *Ps. 30 (31), 2. 10, 7* 25 *Micha 7, 3* 26 *Jes. 5, 20* 27 *Jes. 3, 9* (et peccatum suum quasi Sod. praed. nec absconderunt)